



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Dunstanus Ep. 19. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

322 VITÆ SANCTORUM. 19. Maii.  
aquâ transigere. Talis igitur Advocatus  
quid mirum si orationi suæ semper Cæ-  
lites habuit faventes? Hi certè panem,  
qui unus suppetebat, inpauperes dispen-  
santi, tres alios submisere: hi exrescere  
sæpè stipem exiguam fecerunt, ut bene  
multis sufficeret. Ipse *Christus*, mer-  
dicum præferens, mensæ illius (Su-  
peri, qualis hospes!) assidere, & abi-  
turus bene precari voluit. Inde ille jam  
medicus etiam omnes passim morbos  
pellere, flammæ precibus extinguere,  
crucis signo per aquas sibi viam facere,  
demum fari sui non ignarus, stramentis  
incubare, & morienti, quem manu te-  
nebat, *Christo* immori, ut ante homi-  
num semper, ita etiam tunc ante DEI tri-  
bunal victor. Tam bona, ô Iurisconsulti,  
pauperum est causa! *Ex Surio.*

*Non memini me legisse malâ morte mor-  
tuum, qui libenter opera charitatis exer-  
cuit: habet enim multos intercessores, &  
impossibile est multorum preces non exaudi-  
ri. S. Hier. Ep. ad Nepot.*

S. DUNSTANUS EP. 19. Maii.

**I**Nter Angelos, quos Anglia genuit,  
etiam DUNSTANUM numerata, cui  
ferum fuit, miracula in cunis inchoare;  
nosci prius, quàm nasci voluit. Mater  
eo gravida Purificatæ Virginis die Nu-  
mini supplicabat: cum repente extinctis  
occul-

occulta vi templi facibus, tota urbs co-  
 horruit. Paulò post diviniò ignis, re-  
 sta ad DUNSTANI parentem delap-  
 sus, ejus cereum accendit, unde reliqui  
 lumen mutuati matrem novi sideris con-  
 salutarunt. Confirmavit postea omen  
 Angelus, qui delatum in templum puel-  
 lum ad omnes Araç circumduxit, futu-  
 rum pollicitus, uti ejus opera Religio  
 refloresceret. Eas spes paulò post morbus  
 labefactavit. Adstabant amici animam  
 agenti, cum ille repentè lectulo exiliens,  
 ad templum intempesta nocte propeta-  
 vit. Eam pietatem cum Stygii canes al-  
 latrarent, puer audaciam Cerberorum  
 virgula compelevit. Templo exclusura  
 Angeli ad aram subvexerunt, ubi postri-  
 die sopitum familiares reperere. Hæc præ-  
 ludia fuere crescentium cum arate virtu-  
 tum, quarum reliquas usu, castitatem  
 etiam voto firmavit, quæ illum Regina  
 virginum ita conciliavit, ut eidem jam  
 Episcopo cum choro virginum obviam  
 processerit. Jam ipse Dei Filius DUN-  
 STANI acta probavit. Nam cum ejus  
 de Monachis in Canonicorum locum  
 sufficiens sanctioni intercederet,ur,  
 Crucifixi imago palàm hanc vocem misit:  
 Non fiet: Judicatis bene, mutaretis non  
 bene. Ad cælum vocatus negavit, se,  
 nisi populum allocutus esset, iturum.  
 Idcirco rapi eum necesse fuit; tertium  
 certè cum lectulo in altum subvolavit.

324 VITÆ SANCTORUM. 19. Maii.  
Tanta est boni viri in cælo expectatio.  
*Ex Sur.*

*Et nobis pro modulo nostro penne sunt insita, virtutes scilicet spirituales, quibus si viriliter utimur, ad cælestia sublevamur; sin autem ex desidia torpore deponimus, necesse est, ut in surripientium vitiorum profunda mergamur. S. Pet. Dam. lib. 2. Ep. 18.*

S. PETRUS CÆLESTINUS. 19. Maii.

**U**Nicum modestiæ miraculum PETRUM CÆLESTINUM vides, qui exemplo antehac in viso, poste à nunquam repetito, summo se Pontificatu sponte abdicavit, immortalis memoriæ dignus, etsi eo facinore solo inclaruisset: sed idem tenor totius vitæ fuit, cuius quia partem longè maximam in locis solis exegit, non revocabimus ad illam normam mores delicatæ juventutis, contenti si se cum puero patientur componi. Simul ac fieri potuit, illud aureum matri promissum inculcabat, *Volo esse bonus servus Dei*; quod ipsum mater jam tum spe præceperat, cum in recens nato multa Religiosi insignia deprehendisset. Ergo quantumvis arctis domi rebus, in ludum eum literarium misit, patre nuper mortuo consilium de cælo probante, ut totius terrarum orbis bono susceptum. Incidère tamen remoræ per multas, qui-